
 Lettres testimoniales

1 Robertus, miseratione divina, tituli Sanctae Mariae in Via,
 S.R.E. presbiter Cardinalis Bellarminus, Archiepiscopus Capuae, u-
 niversis et singulis has nostras approbationis litteras inspectu-
 ris, lecturis pariter et legi audituris, salutem in Domino sempi-
 5 ternam. Vitae et integritatis morum testimonium negare non possum-
 us, iis praesertim quorum nobis ex diuturna et familiari consue-
 tudine testata est virtus et probitas. Idcirco admodum Rev. Dominum
 Dionysium Christophorum, Sacrae theologiae licentiatum, familiarem
 et continuum commensalem nostrum, ob residentiam canonicatus sui
 10 et scholasteriae cathedralis ecclesiae Brugensis a nobis disceden-
 tem, testimonialibus his nostris et commendatitiis litteris cum
 affectu prosequimur, et testamur illum apud nos, ea vitae integri-
 tate et morum gravitate ac modestia versatum esse, quibus decet ve-
 rum Ecclesiae Dei ministrum: adeo ut prudentia ipsius et doctrina,
 15 cum hac probitate coniuncta, nos inducant ut ipsum eidem Ecclesiae
 perutile ministerium aliquando praestare posse confidamus. Fatemur
 etiam eundem D. Dionysium in obsequio nostro ea se dexteritate et
 sedulitate gessisse, ut non nisi aegerrime illum a nobis dimittam-
 us, in tantum ut desiderium sui nobis discedens relinquat. Quare
 20 hortamur, et vehementer rogamus omnes et singulos cuiuscumque con-
 ditionis vel praeeminentiae quacumque tam ecclesiastica quam munda-
 na dignitate praefulgeant, ad quos praesentes nostrae litterae per-
 veniant, quatenus praefatum D. Dionysium, nostrae contemplationis
 intuitu, amplecti et eo loco habere velint, quem virtutes ipsius hic
 25 descriptae promerentur; in peragendis quoque tam nostris quam propi-
 is negotiis eum cum favore suscipiant, eique etiam subsidio esse non
 graventur; promittentes quidquid in eum benevolentiae vel favoris con-
 tulerint, nos singularis beneficii et gratiae loco aestimatu-
 ros, et paribus vel etiam maioribus humanitatis beneficiis vicissim responsu-

22 avril 1604.

(suite)

402
~~403~~

/ ros esse. In quorum omnium fidem praesentes litteras manu propria
subscripsimus et sigilli nostri iussimus appensione communiri.

Datum Capuae, in palatio nostro archiepiscopali sub anno a Nativ.

Dⁱ millesimo sexcentesimo quarto, Decimo Kal. Maii, Pontif. Sⁿⁱ in X^o

5 Patris et D.N. D. Clementis D.P.P.P.VIII, an. 13 divina providentia
Papae VIII, anno tertio decimo.

Subsignatum Robertus Cardinalis Bellarminus Archiep. Capuae

Antonius Doctus, secr.

Annibal^{do} Leonardo, subsecr.

10 Texte communiqué par M. le chan. de Schrevel.